monſtrationes rei ſigna ſufficentia, p quæ animus in aliquo tã-quam exiſtente quieſcit, Brun.in tract. de indic. & quæſt. in princip. numer.3.& in quæſtion.4. numer. quint dicit, quòd
10 Indicia indubitata ſunt ea, quæ à lege ſunt, approbata, & vlt per ea fieri condemnationem, & quando contra aliquem inquiſitum adſunt plura indicia dubitata, tunc reſultat vnum indicium indubitatum, & de pluribus indicijs indubitatis habetur per Guid. de Suzza. in tractat. de indic.& tortur.numer.99. & ibi Bolog. in addit. & Gabriel.conſ.177. num. 3. libr.2. dicit indicia indubitata eſſe, ex quibus reſultat violenta præſumptio, quod delictum ſit perpretatum, nec aliud eſſe poſſit, & in hac materia vide etiam Gand. de præſumpt. & indic. indubit. & quando, & quomodo quis ex præſumptionibus dãnari poſſit, latè per Dn. Ioſeph. Lud.in concl.45.punitur mitius, quam ſi ex euidentibus probationibus condemnetur, Tiraq. de pœn. cauſ. 27. & ibi latè. *Baiard.*

x *Scias tamen, quod in hoc articulo.*] Adde in hac materia multas ampliationes per Ioſeph.Ludouic.concl.45.& Monticel. in pract.crimin.regul. 11.& Petr. Caleph. in conſ.86. vol. 2 inter. conſil. crimin diuerſor. vbi dicit, quod quis damnari non poteſt ex præſumptionib hominis, ſed iuris: & quòd non ſufficiunt præſumptiones temerariæ, ſed probabiles exiguntur, quem refert, & ſequitur Bertaz. in conſil.242 numer.13. & conſil.251 numer.58. & 59 vide etiã Ferran. Gargia. conſil. 129. numer 100.& ſeqnen. volumin. 1. conſil. crimin. diuerſ. vbi dicit, quòd etiam ex præſumptionibus poteſt quis condemnari, quando præſumptiones reperiuntur approbatæ à delictis Doctorum; & quando reus ex præſumptionib.damnatur, ſi hinc inde adſint præſumpiones, vide Iul. Scarlat.conſ.120. inter conſ. crim.
11 diuerſ.vol.1.& quælibet præſumptio ſiue coniectura, etiam
12 minima duobus teſtib.conteſtibus eſt probanda, Ceph.in conſ 225.n.46.& Bur.in conſ.117.nu.21.vbi decõmuni atteſtãtur.
13 Item adde, quòd rei legitimè tori pro eorum delictis, licet confeſſi non fuerint, remanentibus tamen indicijs poſſunt perpetuo morti ciuili tradi ſecundum latè congeſta, & deciſa in ſacro conſilio per Gramm.deciſ.8.vel ad tempus, per eundem Grammat.in deciſ.42.& 96. in fine, quem ad hoc allegat, & ſequitur Fab.de Monteleone in praxi arbitrali par. 4. fol.332.numer.29.

Item adde, quæ indicia ſufficiant ad condemnationem, vt
14 per Bald.in l milites, C. de quæſtionib. & Abb. in cap.tertio loco. 4.colum. in fin. de probat.& Iacob.Nouel. in pract.crim.in c.de indic. quæ præcedere debeant, num.22. ita diſtinguit, quòd aut indicia ſunt approbata à lege ad condemnationẽ faciendam; & tunc iſta ſufficiunt ad condemnandũ, vt eſt bonus textus in l. adulterij, C.de adult.vel approbatur a lege, & ſi agitur de pęna corporali leui, vt puta de fuſtragatione, bene probãt, vt eſt tex.in l.3.verſic. & quia plerunq;ff.de offic.præf. vigil.aut.indicium eſt ſemiplenè probatũ p vnũ teſtem, concurrentibus alijs argumentis; & tunc ſufficiunt ad condemnãdum, Bart.in l. 1. §.idem Cornelio, ff. de quæſt. aut non eſt ſemiplenè probatũ, tunc etiã diſtinguit ſecundum Abbat.& Doctor. in cap.3. loco. Sed hãc quęſtionẽ, quando pęna ordinaria puniri poſſit de delicto conuictus præſumptionibus, & coniecturis magis diffusè, quam alij; tractauit Menoch. de præſumpt. lib.1.q.97.

15 Item adde, quid facere poſſit Iudex, ſi ex forma ſtatuti habet liberum & generale arbitrium inquirendi, & puniendi maleficia, & exceſſus, vt per Gand.de quæſt.num.41. & an poſſit condemnare ſtante d.arbitrio, ſi deuẽtum fuerit ad torturam contra reos etiam, cum proteſtatione, vide Rim. iun. in conſ.705.num.25 cum ſeq.uol.6. *Baiard.*

prox verſ. ſi aliquis, & huiuſmodi.

6 *Scias* [x] *tamen quod in hoc articulo Doctores multum varie loquuntur. Nam aliqui dicunt, quod regulariter ex præſumptionibus violentis, vel indicijs, quantumcunque indubitatis, non debet aliquis in cauſa criminali* [y] *condemnari: quam opin.dicit eſſe communem Dec. conſil. 175. poſt numer.8. colum.fin. verſ. Præterea etiam, Marſil. in rubr.de probat.num.237 circa fin. Nouel. in practic. crimin. fol.118. numer. 34.* [z] *Alij dicunt, quod ſi agatur ad pœnam pecuniariam, poteſt reus ex* [a] *indicijs indubitatis etiam criminaliter condemnari. Et ita communiter teneri atteſtatur Grat. conſil.136. num.22. libr. 1. ſecus autem ſi agatur de pœna corporali.* [b] *Alij dicunt, quod vbi ex præſumptionibus proceditur, multum debet iudex temperare ſuam ſententiam, & maxime ne condemnet niſi raro, & modice ad pœnam nec pecuniariam, nec corporalem. Et hæc ſunt verba Innoc. licet non multum fideliter per Doctores relata in cap. quia vereſimile, num. 2. de pręſumpt. quem dicit ſequi communiter Doctor. Marſil. in l. 1.§.diuus Adrianus, numer.25.ff.ad l.Cornel.de ſicar. Cauenſ. ſuper ritu magnæ curiæ 247.numer.15. Hanc etiã dicunt eſſe communem opin. Pala. Rubios in allegatione hæreſis. §.11.& Iacob. in rebr. de probat. numer. 7. prout illos refert Pla.libr. 1.delictorum, cap. 14. numer.3. in fin. & Duennas regula 303. circa med. Apoſtil. ad Angel. de malefic. in verbo, Fama publica, ſub numer. 22 quem refert Villalpan. in repet. l. 22.cap. 10.poſt.num.7. Gand. autem de malef.in tit. de præſumpt.circa fin. dicit, quòd de conſuetudine vidit obſeruari, quòd indicijs quantumcunque indubitatis non imponitur pœna corporalis, ſed* [c] *tantum pecuniaria: quod dictum Gand. refert, & ſequitur Paul. de Caſtro, conſ. 299. num. 3. in fin. lib.2. ſubdens, quòd propter illud defendit quendam imputatum de homicidio: Cæpolla conſil.crim 32. circa fin. & conſil. 39. in primo dubio, verſic. nec propter dictam, & pract. Iod.fol.143. numer.11. & Aug. ad Angel. de malef. in verbo, Fama publica, numer. 28. & Brun. de indic. & tortur. fol. 57. numer. 16. & Marſil. conſil. 96. numer. 10. Et ita tenere communiter Doctores atteſtatur Carrer. in practic.crim.fol.36.numer.56. Hanc etiam opin. dicit eſſe commune Boß.in titul.de conuictis numer.34. & ſeq. affirmans, quòd ita ſeruatur in practica, & quod iſte eſt communis ſenſus Doctorum. Hoc item ſe obſeruari vidiſſe atteſtatur Bald. in leg. milites, numer. ſexto de quæſtion. put illum refert Anton.de Canon. de quæſt. in ſecund. membro, poſt numerum 44. licet Bald. in libro meo nihil dicat de obſeruantia. Alij dicunt totum contrarium, quòd licet etiam ex præſumptionibus reus eſt condemnandus pœna ordinaria delicti, atque propterea eſt aliquo modo pœna mitiganda: & quod illud dictum Innoc. communiter reprobatur. Et ita atteſtari videtur Illamer. deciſion. 689. verſicul. ad vndecimum dic. & 66.* Roſ.

y *Condemnari.*) Far.d. q.36.nu.49. & 50. *Roſ.*

z *Alij dicunt.*] Far. ſup.num.113. *Roſ.*

a *Ex indicijs indubitatis.*] Far.4.vol. ſuæ prax. q.86.vbi latè de hac materia, & præcipuè, num. 29.30.51.& 55.& 57. & 66. *Roſ.*

b *Alij dicunt.*] Adde vi. per Diaz.mihi regul.370.vbi iſtorum opinionem refert, comprobat, ſequitur, ampliat, ac limitat, vt per Carrer.in pract.pag.418. num.168. *Giach.*

Alij dicunt quod vbi.] Farin.ſup.num.119. *Roſ.*

c *Sed tantum pecuniaria*] Adde ad idem, atque vide per Carrer. in pract. crimin. fol. mihi 199. & 200. numer. 46. vbi etiam inſtruit iudicem, quomodo ſe habere debeat, &

& num.47. limitat; & num.48. 49. declarat. *Giach.*

d *Alij verò dicunt.*] Farin.ſup.nu.36. *Roſ.*

Alij verò dicunt.] Adde quod idem habetur per Oſaſc.in deciſ. Pedemont. 72. ubi plenè. *Baiard.*

e *In delictis occultis.*] Farin. ſupra num. 31. *Roſ.*

f *Et hæc opinio apud nos ſeruatur.*] Adde infra, q.21.uerſ.inimicitia, & verſ. Scias tamẽ ad fi. & q.92.uerſ ſcias tamen, & quod dicitur hic, quòd cum quis condemnatur ex præſumptionibus, ſolet minui pœna, adde hoc idem ſeruari de iure in caſibus, de quibus per Capyc. deciſ.27.numer. 14. Menoch.de arbit.iud.lib. 2. centur.3.caſu 279. & eod.lib.2. cẽt.5. caſ.345. ſub nu.13. & caſ.362 ſub nu.19.ad fin. & caſ. 370. in fin. Grammat.dec.81. n.8. cum ſeqq. Diſtingue tamen præſumptiones legis, & à lege approbatas à præſumptionibus hominum, ut per eundẽ Clarũ infra hac eadem quæſtio. uerſic. fin. & melius per Boſſ.tit.de partu ſuppoſito, nu.34.uide Bald. in rubric.extr.de præſumptio. Gloſſ.in c.ex parte, in uerbo per annũ, de reg. eũdem Bald. in l. ordo, ſub num.2. in fin. C. de executione rei iud. & demũ ſcias, quòd præſumptio uera, & propria eſt illa, quæ ex circunſtantijs reſultat. Ita eã definit Alexand.conſil.89. num.8. uolum.3. uidendũ Alexã. conſil.1.num.30. eod. uol. de præſumptione autem, quæ eſt à lege poſita pro uera, dic iuxta ea, quæ dixit infra uerſ. fin.ex l.ſi qui, C.de adult. uide Alex.conſ.1.num.3.uol.3. Bald.inter conſil.crim.diuerſ.conſil.23. ſub nu.8.uol.2.Crauet.conſ.18. num.4. Notatur cap.is, qui ext.de ſponſ.l.fin. C.de pign.l.fin. §.ad Maced.& in l.fin.ff. ubi pupill. educ. deb. & not. quod quando pręſumptio eſt iuris, tunc ad contrarium probandum requiruntur ſaltem duo teſtes excellentes non ſolum idonei, refert Crau. conſil. 129. in fin. eſt tamen uerum, quod ſenten-
16 tia lata † ex iuris pręſumptione nũquam tranſit in rem iudicatã, Marant.in ſuo ſpec.titul. & demum fertur ſententia, nu. 133. uide Bald.in cap. quoniã frequenter ſub num.7. ut lit.non conteſt. *Drog.*

Et hæc opin.o.) Vulp. reſp.125.num.3. *Roſ.*

Non quidem in pęnam mortis.) Farin. ſup. num. 38. & num. 114. 115. & 117. *Roſ.*

h *Et alibi ſæpè.*) Adde & uide Natr. conſil.407. num. 13. & Hipp. Rim. in conſ. 121. ſub nu. 25. *Giach.*

i *Item ſcias quod.*) Farinacius ſupra, numero quinquageſimoſecundo, 53. 54. *Roſ.*

Item ſcias.] Adde uidendum Gomeſ.de delict.cap.12. ſub num.26. ubi multa alia exempla ponit. *Baiard.*

Alij [d] *vero dicunt, ꝙ quando iudicia ſunt indubitata, ſemper põt deueniri ad condemnationem, maxime* [e] *in delictis occultis, & difficilis probationis, & tractatibus ſecretis, & in quibus veritas clarius haberi non poteſt,*
7 *prout etiam communiter teneri atteſtatur pract. Carer. fol.72. verſic. ex quibus omnium.* [f] *Et hæc opi. apud nos ſeruatur, quantum ad hoc, vt ex præſumptionib. deueniatur ad cõdemnationem: nam quotidie ex indicijs, & præſumptionibus rei per Senatum condemnantur,* [g] *non quidem in pœnam mortis, neque pęnam ordinariam ipſius delicti, ſed in pęnas etiã corporalet, puta triremium, fuſtigationis, ictuum funis, & huiuſmodi: & in ſpecie ita ſeruatum fuit in quodam Antonio Maria Fayta, qui cum eſſet indicijs indubitatis grauatus de homicidio, fuit per decennium ad triremes condẽnatus, 2. Ian.1557. P.N. & in alijs multis. Et idem ẽt ſeruatur in ſacro conſ.Neap. vt videri poteſt apud Grammaticum* [h] *præſertim deciſ. 42.* [h] *& alibi ſæpe.*

Scias etiam aliquos eſſe caſus, in quibus etiam de iure communis ex præſumptionib. poteſt quis ad mortẽ condemnari, prout eſt in aſſaſſinio, ut dixi ſupra, hoc eod. §. aſſaſſinium, verſic. præterea, & in crimine hæreſis, vt dixi ſup. hoc eod.lib. §. Hæreſis, verſ. habet etiã, et in crimine ſimoniæ, vt dixi ſupra, hoc eo.lib. §. Simonia, verſ. item ſcias.

Item ſcias, quod quando præſumptio eſt poſita a lege, tunc poteſt ex ea ſequi condemnatio capitalis. Et ita tenent omnes, vt dicit Boſſ. in tit.de conuictis, num. 29.ponens exemplum in ea pręſumptione, de qua hebetur in l.ſi qui, C. de adulter.

QVÆSTIO XXI.

Tractatur de nonnullis indicijs in ſpecie.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Fama an ſit ſufficiens indicium ad inquirendum, & ad torturam.*
2 *Teſtis vnus an faciat indicium ad torturam.*
3 Et *quid ſi non viderit, ſed audiuerit, & dicat cognouiſſe ad vocem.*
4 *Dictum, ſeu depoſitio ſocij criminis an faciat indicium ad inquirendum.*
5 *Et an ad formandam inquiſitionem.*
6 Et *quid ſi ſit etiam periurus.*
7 *Et an facit indicium ad torturam.*
8 *Et quid in criminibus exceptis.*
9 *Mandatarij dictũ an probet contra mandatum.*
10 *Quomodo ſit excipiendum contra ſocium criminis.*
11 *Et quid ſi ſunt plures ſocij criminis, qui contra alium deponant.*
12 *Et an requiratur, quod ſocius criminis deponat cum iuramento.*
13 *Et an quod confirmet dictum ſuum in tormentis.*
14 *Aſſertio vulnerati an faciat indicium ad inquirendum.*
15 *Et an ad capturam.*
16 *Et an ad excuſandum à calumnia heredum, qui accuſationem inſtituit.*
17 Et *an ad torturam.*
18 *Fuga an probet contra delinquentem.*
19 *Et quid ſi opponatur vt delictum.*
20 *Et quid, ſi opponatur vt indicium.*
21 *Et an ſemiplene probet in criminalibus.*
22 *Et an ſit ſufficiens indicium ad torturam.*
23 Et *quid ſi reus aufugiat poſt formatam inquiſitionem.*
24 *Et quid ſi reuertatur.*
25 *Et quid in fuga facta à carceribus.*
26 Et *quid ſi non erat legitimè detentus.*
27 Et *an indebitè carceratus poſſit licitè aufugere.*
28 *Et quid ſi ſtatim ad carceres reuertatur.*
29 Et *an fuga iudicis, qui non ſtetit in ſyndicatu per quinquaginta dies, faciat contra eum plenam probationem.*
30 Et *an inimicitia faciat indicium.*
31 *Et an confeſſio extraiudicialis.*
32 Et *an confeſſio facta coram iudice incompetenti.*
33 *Et an confeſſio clerici facta coram iudice laico.*
34 Et *quid ſi illam deinde coram iudice competenti reuocauerit.*
35 Et *an confeſſio facta coram iudice non ſedente pro tribunali.*
36 *Et an confeſſio facta in tormentis, & deinde reuocata.*
37 *Et an minæ.*
38 *Et an pax facta cum offenſo.*
39 *Et an mendacium, inconſtantia, vacillatio, & trepidatio rei.*
40 *Et an ſi viſus fuerit cum gladio ſanguinolento.*
41 Et *quid ſi res furata reperta ſit penes aliquem.*

Ex

Ex Additionibus.

1 *Fama an ſit ſufficiens indicium ad torturam.*
2 *Fama eſt magnum indicium in delictis nocturnis.*
3 *Fama in criminalibus an probet plenè, vel ſemiplenè.*
4 *Fama cum teſte de viſu an probet.*
5 *Fama probari poteſt matrem a filio fuiſſe percuſſam.*
6 *Statutum quòd ſola fama probet delictum an valeat.*
7 *Statutum, quòd inter Magnates ſufficiant fama, ſi hinc inde probata fuerit, non ſufficiet.*
8 *Fama an ſufficiat ad condemnandum.*
9 *Fama publica in ſtatu* Eccleſiaſtico *plenè probat in quibuſdam delicti.*
10 *Fama cum denunciatione ſyndici facit indicium ad torturam.*
11 *Fama an probet in his quæ ſunt difficilis probationis.*
12 *Fama bona quando prævaleat malæ, vel e contra.*
13 *Teſtis vnicus an faciat indicium ad torturam.*
14 *Et an debeat eſſe omni exceptione maior.*
15 *Et quid ſi veritas aliter haberi non poteſt.*
16 *Et quid in delictis exceptis.*
17 Et *quid in* Regno *Franciæ.*
18 *Iudicium vnius teſtis de viſu, & omni exceptione maioris non ſufficit, dictante ſtatuto, vel lege ſtandum eſſe indicijs quo ad plenam probationem.*
19 *Femina habilitata per ſtatutum non facit indicium ad torturam.*
20 *Et quid in ſtatu Eccleſiaſtico.*
20 *Senſus auditus quando probet in his, quæ ſpectant ad viſum.*
21 *Teſtes quomodo probent delictum fuiſſe factum magis tempore.*
22 *Socij criminis complicet, adhærentes, fautores, inſtructores, & conſiliarij qui dicantur remiſſiuè.*
23 *Socius criminis an poſſit in teſtem admitti.*
24 *Socius criminis an poſſit interrogari de conſocijs.*
25 *Et an iuculpatio eius vbi interrogari non poterat, faciat indicium ad torturam.*
26 *Et gratiatus, vel abſolutus non poteſt tanquam teſtis interrogari de ſocij, etiam in crimine hæreſis.*
27 *Et gratiatus a Principe poteſt torqueri pro intereſſe partis.*
28 *Iudex an poſſit interrogari reum in ſpecie de delicto, vel de ſocio criminis.*
29 *Socius criminis, qui confitetur de ſe, non probat contra aliũ*
30 Et *an ſi ſit etiam periurus, faciat indicium ad inquirendum.*
31 *Socius criminis an faciat indicium ad torturam.*
32 *Clar. &* Boſſ. *ab impugnatione Bald. defenduntur.*
33 *Socius criminis, cui ſit promiſſa impunitas, an probet, remiſſiue.*
34 *Socius criminis quando plenè, & quando ſemiplenè probet.*
35 *Delicta exceptuata quæ ſint, remiſſiue.*
36 *Indicium reſultans, ex dicto ſocij criminis (etiam in caſibus exceptuatis) eliditur ob bonam famam inculpati.*
37 *Socius criminis an poſſit exculpando, remiſſiue.*
38 *Socius criminis quando faciat adminiculum, vel præſumptionem.*
39 *Statutum quod particeps criminis ſit idoneus teſtis, & accuſator qualiter debeat intelligi, remiſſiue.*
39 *Contra mandantem quando poſſit procedi.*
40 *Mandatum in homicidio ex multis indicijs colligitur, remiſſiue.*
41 *Mandatraius an faciat indicium contra mandantem.*
42 *Et quid in crimine aſſaſſinij.*
43 *Mandatarius an probet excuſando mandantem.*
44 Exceptio *contra ſocium criminis quomodo ſit probanda, remiſſiue.*
45 *Socij criminis duo, vel plures, an ſufficiant ad condemnationem, vel ſaltem faciant indicium ad torturam.*
46 *Et quid ſi deponant ad defenſam.*
47 *Et in crimine partus ſuppoſiti duæ mulieres honeſtæ vitæ ac ſociæ criminis plenè prnbant.*
48 *Socij criminis probant coniurationem.*
49 *Teſtes duo infames faciunt indicium ad torturam.*
50 *Socius criminis, neq; iu caſibus permiſſis facit indicium niſi adhibeatur in teſtem cum iuramento parte citatã.*
51 *Socius criminis an probet magis cum tormentis, quam ſine Et vt faciant indicium quid requiratur.*
52 Et *ſufficit nominatio ſtatim poſt torturam.*
53 *Et non probat ſi leuiter fuerit tortus, aut mortuus ſit.*
54 *Teſtes infames non admittuntur ad teſtificandum ſine tortura.*
Socius itineris an poſſit eſſe teſtis pro iniuriato, nu. eod.
54 *Dictum morientis an plenam prohibitionem faciat.*
55 *Vulnerati aſſertio etiam ſine iuramento ſufficit ad inquirendum.*
56 *Et an faciat indicium ad torturam in articulo mortis.*
57 *Et an eius exculpatio proſit.*
58 *Offenſus quando faciat indicium ad torturam, remiſſ.*
59 Et *an exculpando probet.*
60 *Condemnati, vel condemnandi exculpatio an proſit.*
61 *Teſtis in articulo mortis falſum dixiſſe deponens ac fuiſſe corruptum, an proſit inculpato.*
62 *Rapta facit indicium ad torturam contra raptorem, & ſocios.*
62 *Fores carceris frangens, vt ibi detenti fugiant, qua pœna puniatur.*
63 *Fuga an probet contra delinquentem.*
64 *Et in famulo debet probari fuga, & amiſſio rei.*
65 *Fuga quando faciat indicium ad torturam, remiſſ.*
66 *Fuga Notarij an præiudicet parti, quando accuſator de falſo*
67 *Fuga non præſumitur in viro integerrimo.*
68 *Et qualiter tollatur ſuſpitio fugæ, remiſſ.*
69 *Fuga delinquentis an faciat indicium ad torturam.*
70 *Et quid in preparante eam, vel attentante.*
72 *Et quid ſi fuga aliqua probabili cauſa coloratur.*
73 *Fuga poſt formatam inquiſitionem facit maximum indicium alijs concurrentibus.*
74 *Fuga poſt purgatã ſuſpicionem per torturam non præſumitur ob timorem iudicij.*
75 *Fugæ præparatio idem operatur quod, & fuga ipſa.*
76 *Fugiẽs à manibus executorum, an faciat indicium ad torturam, ſi ſtatim citatus compareat.*
77 *Fugiens iuſta cauſa arbritrio iudicis non faciat indicium.*
78 *Fugere non dicitur recurrens ad locum, vbi eſt caput iuſtitiæ.*
78 *In leuioribus criminibus au inditijs ſit vtendum.*
79 *Fugæ indicium tollitur per ſpontantam comparitionem etiã prȩcedente citatione.*
80 *Fugiens è carceribus an habeatur pro confeſſo.*
81 Et *quomodo cognoſcatur animus in reuertendo, remiſſ.*
82 *Et quid de fugiente de palatio officialis.*
83 Et *quid de torto iniuſtè.*
84 *Et an ſit citandus.*
85 *Fugientes è carceribus, vel de palatio quibus pœnis ſint plectendi, ſi innocentes detegantur, remiſſ.*
86 *Carceratus in ipſa carceris effractione captus æque, at ſi aufugiſſet, habendus eſt.*
87 *Et quid in auxiliante, aut inſtigante ad fractionem carceris, remiſſiue.*
88 *Sententia criminalis poteſt ferri contra fugientem, licet abſentem.*
89 *Fugiens e domo iudicis, vel de palatio, aut domo, ſiue Ciuitate, loco carceris aſſignatis, an teneatur pœna frangentis carcerem.*
90 *Statutum contra fugientem e carceribus publicis comprehendit fugientem a Camera, vel Palatio pro carcere aſſignatis.*
91 *Fugiens e thalamo, in quo erat ſequeſtratus, habetur pro confeſſo.*
Carceris effractores etiam dicuntur, qui iuſſi ad eum ſe conferre neglexerit.
92 *Carcerum effractores quibus pȩnis feriantur remiſſiue.*
93 Et *au habeantur pro confeſſis, remiſſiue.*
Fugiens e carcerib. & recta via petens, ſuperiorẽ non punitur.
94 *Fugiens e carceribus ſi ſtatim reuertatur etiam citatus tollit omne indicium.*
95 *Fugiens abſque effractione carceris, an habeatur pro confeſſo.*
96 *Fuga in criminalibus facit indicium.*

97 *Carcerato indebitè opem ferens ad fugiendum punitur, licet principalis non teneatur.*
98 *Fideiuſſor de tuto carcere an teneatur ad pœnam, ſi indebite carceratus aufugerit.*
99 *Farinacij lapſus.*
100 *Carceratus indebite non peccat fugiendo.*
101 *Fugientes è carceribus ſine violentia puniuntur arbitrio iudicis.*
102 *Fideiuſſor quòd carceratus non fugiet, tenetur ad pȩnam, licet cuſtodis culpa aufugerit.*
103 *Fideiuſſor carcerati de non diſcedendo an teneatur ad pȩnam, ſi cuſtos diſſimulata licentia iudicis eum ad deſcedendum induxerit.*
104 *Fugiens è carceribus ſi breui reuertatur, qua pœna ſit mulctuandus remiſſiuè.*
105 Et *an teneatur ad pœnam conuentionalem.*
106 *Officialis etiam è carceribus fugiens, elidit omne indicium, ſi ſponte, ac breui, licet citatus, redierit.*
107 *Et an poſſit contra eum iurari in litem, vel in ſupplementũ probationis.*
108 *Officialis fuga quam probationem inducat, remiſſ.*
109 *Fideiuſſor carcerati de non diſcedendo ob aliquam iuſtam cauſam an teneatur ad pȩnam, recnrrente carcerato ad ſuperiorem.*
Et *quid ſi recurrit ad Amicam ſuperioris, & quid ſi adeſt clauſula de non diſcedendo, etiam non recurrendi ad ſuperiores.*
110 *Et an eo caſu ſit puniendus carceratus alia pæna.*
111 *Terminus quinquaginta dierum ad ſyndicandum officialem an poſſit breuiari.*
Officialis nõ tenetur aſſiſtere ſyndicatui de perſona, ſi habet ſolum querelas uiles, vel etiam criminales, ſed ciuiliter intentatas quod intellige.
112 E*lapſo termino ſtatuto ad dandum querelas.*
113 *Officialis aſſuuptus ad aliud officium a Principe non tenetur de perſona ſtare ſyndicatui; ~~quod tamen~~ limitatur.*
Niſi cauſa ſubterfugiendo ſyndicatum officium procuraſſet.
114 *Inimicitia capitalis præſumitur inter litigantes.*
Et inter litigantem, & aduocatum ſibi contrarium.
115 *Inimicitia ſatis probata dicitur, ſi inimicitia cauſa probetur.*
116 *Iudiciũ ſuſpicionis tollitur per cautionem de non offendendo per plures inimicitias quas offenſus habet, & ſi quis poſt offenſionem recepiſſet ſanctam* Eucbariſtiaw.
117 I*nimicitia ſuſpicio quomodo tollatur, remiſſiuè.*
118 *Inimicitiæ ſuſpicio quomodo tollatur, & remittitur arbitrio iudicis.*
119 *Inimicitia quomodo faciat indiciũ ad torturam, & quæ capitalis dicatur, remiſſiuè.*
120 *Inimicitia non facit indicium ad omnia delicta, ſed ad ea tantum, quæ ad alterius iniuriam perpetrantur.*
120 *Inimicitia tantum capitalis facit inditium ad torturam.*
121 *Confeſſio extraiudicialis, vt faciat indicium plura requiruntur, remiſſiue.*
122 *Confeſſio extraiudicialis non probatur per vnicum teſtem licet tortum, & quomodo probetur, remiſſiue.*
123 *Notario aſſerenti de alicuius confeſſione extraiudiciali non creditur.*
124 *Confeſſio an faciat indicium ad torturam, ſi eam reus reuocauerit.*
125 *Confeſſio extraiudicialis, & etiam iudicialis poteſt reuocari conſtito de errore.*
126 *Confeſſio extraiudicialis facta a minore facit indicium, ſi tamen minor ſit eius ætatis, vt poſſit torqueri.*
127 *Confeſſiio extraiudicialis, vt faciat indiciũ, non requiruntur partis præſentia.*
128 *Confeſſio extraiudicialis parte preſente plenè probat, ſi de crimine ciuiliter agatur.*
129 *Confeſſio extraiudicialis vt faciat indicium, debet eſſe particularis, & non in genere.*
130 *Confeſſio facta ſacerdoti, non facit indicium, nec vllum effectum operatur, ſi ſacerdos confeſſionem reuelet.*
131 *Confeſſio extraiudicialis an operetur contra ſententiam.*
132 *Confitens extra iudicium ſe gloriando delictum, quod non commiſit, iudicis arbitrio punitur.*
133 *Clericus iactans ſe delictum commiſiſſe ſuſpenditur ab officio, & beneficio; eſto, quod vere non deliquerit.*
134 *Confeſſio facta coram iudice incompetẽti, ſi a iudice competenti omnia acta declarentur nulla, non preiudicat.*
135 *Confeſſio coram iudice incompetenti quomodo faciat indicium, remiſſiuè.*
136 *Confeſſus coram iudice incõpetenti, tenetur confirmare confeſſionem, coram competenti, & ex ea poteſt damnari.*
137 *Confeſſio facta coram Notario maleficiorum abſque iudice an faciat indicium ad torturam.*
138 *Confeſſus in tormentis quare poſſit repeti, ſi confeſſionem reuocauerit.*
139 *Confeſſio reuocata an facit indicium ad torturam, remittitur arbitrio iudicis.*
140 *Tortura an poſſit repeti vltra tres vices, iudicis arbitrio remittitur inſpecta qualitate indiciorum.*
* 140 *Quando ratificatione opus ſit.*
* 141 *Confeſſio extra tormenta ad cautelam tantum ratificatur*
141 *Odium præcedens, et minæ ſequentes probant indicinm, licet inimicus talia facere conſuetus non ſit.*
142 *Et qua indicia contra minantem oriantur, remiſſ.*
143 *Minæ probantur per teſtes ſingulares. Foller. lapſus.*
144 *Minarum indicium quomodo tollatur, remiſſ.*
145 *Pax, & tranſactio quando faciat indicium ad torturam.*
146 *Patre paciſcente pro crimine filij etiam mediante pecunia nõ oritur indicium contra filium, ſi ipſe non conſenſit.*
147 *Conſanguineis accuſati teſtium depoſitionem impedientibus non oritur præſumptio contra accuſatum.*
148 *Cautelæ vt pax & concordia non præiudicet.*
*148 *Teſtium trepidatio an ſcribi debeat in actis.*
149 *Mendacium quomodo probetur, remiſſ.*
150 *Principalis varius non torquetur, ſi tamen fuerit examinatus vti principalis in ſe, teſtis in alios, & ſit varius in alios, vel conuictus, torqueri poteſt.*
151 Ex*amen non dicitur perfectus, ſi in eodem conſtituto reus reuocauerit dictum cum rationis redditione.*
152 *Reus poteſt reuocare dictum ſuum, antequam conuincatur de errore.*
153 *Mendacium indiciat, ſi copia ipſius fuerit tradita cum termino ad purgandum.*
154 *Mendacium quando faciat indicium, remiſſ.*
155 Et *quid ſi ſit a remotis.*
156 *Et quid ſi ſit valde ſubſtantiale.*
157 *Deprehenſus in mẽdacio quomodo ſciuerit delictum poterit torqueri.*
158 *Indicium indubitatum quid ſit.*
159 *Maritus eſt torquendus, ſi vxor reperiatur mortua de mane, quæ de ſero erat ſana, eam male tractabat.*
160 *Dominus domus, in qua res furtiua reperta fuit, an dicatur in culpa.*
161 Et *an credatur vnico teſti, quòd ibi reperta fuit.*
162 Et *quæ probatio, vel indicium inde oriatnr, remiſſ.*
Confeſſio extraiudicialis rei ſicut facit indicium ad torturã, ita confeſsio extraiudicialis querelantis, quã facit ad fauorem rei, prodeſt ad abſoluendum ſub nu. 123.
Aſſertio vulnerati dicentis, ſe mori culpa medici, nõ iuuat percuſſorem ſi aliter hoc non apparet ſub nu. 62.